— I. Aposto-
tae de Iubilaei
. . . . . . . . 1-9
atis S. Sedi. —
. . . . . . . . . 9-10
TALI MAGISTRI
. . . . . . . . . 10-19
. . . . . . . . . 19-23
esto BB. Ignatii
. *Aniciensis seu*
Ven. Servae Dei
*Ordinis Praedi-*
— IV. *Sinarum*
vi Dei Francisci
*u Ordinis Prae-*
e Diaz Sanjurjo,
hoa et Sociorum
*rdinis Praedica-*
cellis in vita sua
ssus Vercellensis. 23-28
*vinciae Baeticae.*
*ae.* Dispensationis
. . . . . . . . . . . 28-29
ro devotione erga
. . . . . . . . . . . 29-30
n Consistorio die
ficis in Urbe. —
Praedicatorum in
empore Quadrage-
*Rosarii Philippi-*
nares Sociorumque
. . . . . . . . . . . 30-35
. . . . . . . . . . . 36-40
. . . . . . . . . . . 41
. . . . . . . . . . . 41
. . . . . . . . . . . 42
. . . . . . . . . . . 42
ico O. P. (Saec. xv). 42
. . . . . . . . . . . 43
rapho in Bibliotheca
. . . . . . . . . . . 44-49
. . . . . . . . . . . 49
. . . . . . . . . . . 49
. . . . . . . . . . . 49
thenticis transumptis
. . . . . . . . . . . 50-64

# ANALECTA

SACRI ORDINIS

# FRATRUM PRAEDICATORUM

SEU

## VETERA ORDINIS MONUMENTA

RECENTIORAQUE ACTA

REVERENDISSIMI PATRIS

## Fr. ANDREAE FRÜHWIRTH

EIUSDEM ORDINIS MAGISTRI GENERALIS

IUSSU EDITA

Laudemus viros gloriosos et parentes nostros. Homines magni virtute, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum, et imperantes in praesenti populo, et virtute prudentiae populis sanctissima verba; pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum; et sunt quorum non est memoria. Cum semine eorum permanent bona, et filii eorum propter illos usque in aeternum manent.

(ECCLESIAST. XLIV.)

Multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. Charitate fraternitatis invicem diligentes, necessitatibus sanctorum communicantes, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, idipsum invicem sentientes.

(ROM. XII.)

### VOLUMEN QUINTUM

ANNO NONO – FASCICULUS PRIMUS

ROMAE

TYPIS VATICANIS

IANUARIO MDCCCCI

II. *Utrum sufficiat etiam in casu eodem recursus ad Vicarium generalem Episcopi, tamquam ad Ordinarium, facultatum episcopalium absolvendi de iure participem?*

III. *Utrum generatim sufficiat recursus ad quemlibet Sacerdotem habitualiter subdelegatum ab Ordinario ad absolvendum ab his papalibus reservatis, a quibus poenitens fuerit accidentaliter, ut supra, vi decreti S. Officii 1886, absolutus?*

Et Deus etc.

Feria IV, die 19 decembris 1900.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis ab Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Eminentissimi ac Reverendissimi Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II: *Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo.*

Ad III: *Negative.*

Feria VI vero, die 19 eiusdem mensis et anni, in solita audientia Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia PP. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, Sanctissimus Dominus Noster resolutionem Eminentissimorum ac Reverendissimorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

I. Can. Mancini, *S. R. et U. I. Not.*

## II.

Beatissimo Padre,

Il sottoscritto Vescovo N. N., prostrato ai piedi della Santità Vostra, umilmente espone il seguente fatto.

Un Sacerdote ricorda benissimo che nell'atto di sua ordinazione presbiterale non toccò da solo, com'è prescritto nel pontificale Romano, la doppia materia del pane e del vino, ma in unione di altri ordinandi, non ostante che fu usata dal Vescovo consacratore la formola in singolare *Accipe* ecc. Ora quel sacerdote, turbato di coscienza sulla validità della sua ordinazione, aspetta con grandissima premura una risposta per sua tranquillità.

Che ecc.

Feria IV, 16 ianuarii 1901.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis, ab Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Eminentissimi ac Reverendissimi Patres respondendum decreverunt:

*Acquiescat.*

Sequenti vero feria VI, die 18 eiusdem mensis et anni, in solita audientia Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia PP. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, Sanctissimus Dominus Noster responsum Eminentissimorum ac Revendissimorum Patrum adprobavit.

I. Can. Mancini, *S. R. et U. I. Not.*

# ACTA

RECOGNITIONIS EXUVIARUM

# BEATI RAYMUNDI A CAPUA

XXIII MAGISTRI GENERALIS

ORDINIS PRAEDICATORUM

## I.

Ordinis Praedicatorum.

Nuper ab Apostolica Sede approbato cultu immemoriali Beato Raymundo a Capua praestito, R̃mus P. Maurus Maria Kaiser, Postulator Generalis Ordinis Praedicatorum, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII humillime exposuit ea quae sequuntur:

Ex tabulis Inquisitionis Ordinariae ad rem institutae, probabiles causae accedunt cur teneatur, anno 1525, eiusdem Beati exuvias Norimberga Neapolim ob temporum adiuncta fuisse translatas ibique conditas in templo, quod S. Dominici templum maius vulgo appellari solet *(Proc. fol. 152)*. Huc pertinent ea quae in libro continentur edito in lucem anno 1777, atque inscripto: *Catalogo degli uomini illustri figli del Real Monistero di S. Domenico Maggiore (in Napoli)*

*(fol. 15, § XXXIV)*. Enunciata probabilitas magis confirmatur ex recentioribus perquisitionibus diligentia Dominicianorum Patrum peractis post supradictam approbationem cultus. Quibus positis, idem Rm̃us Postulator ab ipso Sanctissimo Domino Nostro efflagitavit facultates omnes necessarias Em̃o et Rm̃o Domino Cardinali Iosepho Prisco Archiepiscopo Neapolitano tribuendas, quibus rite procedi valeat ad perquisitionem ac elationem exuviarum praedicti Beati, facta etiam potestate extrahendi reliquias distribuendas a memorato Causae Postulatore. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces: dummodo in huiusmodi perquisitione et recognitione exuviarum necnon extractione reliquiarum Beati Raymundi a Capua servetur dispositio Generalium Decretorum sa. me. Urbani Papae VIII, atque Instructio R. P. D. Promotoris Sanctae Fidei apposite tradenda. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 decembris 1899.

C. Card. Mazzella, *Praefectus*.

Loc. ✠ Sigil.

A. Panici, *Secretarius*.

## II.

## INSTRUMENTUM

### perquisitionis Ossium B. Raymundi a Capua Magistri Generalis Ord. Praed.

In Dei Nomine Amen.

Praesenti publico Instrumento cunctis ubique pateat, et innotescat quod anno a salutifera Christi Incarnatione MCM, die vero 11 aprilis, hora prima post meridiem Neapoli, Rm̃us Dñus Aloisius Caruso Metropolitanae Ecclesiae Canonicus, ad infrascribenda ab Em̃o Dño Cardinali Archiepiscopo Neapolitano specialiter delegatus, una cum Rm̃o Dño Ianuario Can. Trama Archiepiscopalis Curiae Fisci Promotore, meque Protonotario Apostolico ad instar, pariter delegatis ab eodem Em̃o Dño Archiepiscopo, accessit ad Ecclesiam S. Dominici Maioris huius Civitatis, ibique facta adoratione ante Altare, in quo SS. Eucharistiae Sacramentum asservatur, perrexit ad Sacristiam ipsius Ecclesiae, ubi pro Tribunali sedit. Et statim comparuit R. P. Fr. Carolus Maiello Ordinis Praedicatorum a Rm̃o P. Fr. Mauro Maria Kaiser Generali Postulatore Ordinis praedicti specialiter delegatus, et exhibens Litteras remissoriales S. Rituum Congregationis una cum inserta Instructione R. P. D. Fidei Promotoris de Urbe (1), in-

(1) Ordinis Praedicatorum. Instructio pro Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Archiepiscopo Neapolitano, qua ex ossibus Beati Raymundi a Capua aliquae reliquiae extrahantur, in proximis Triduanis solemniis diribendae.

Nuper ab Apostolica Sede approbato cultu immemorabili Beato Raymundo a Capua praestito, Rm̃us P. Maurus Maria Kaiser, Postulator Generalis Ordinis Praedicatorum, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII humillime exposuit ea, quae sequuntur:

Ex tabulis Inquisitionis Ordinariae ad rem institutae, probabiles causae accedunt, cur teneatur, anno 1525, eiusdem Beati exuvias Norimberga Neapolim ob temporum adiuncta fuisse translatas, ibique conditas in templo, quod S. Dominici templum maius vulgo appellari solet (Proc. fol. 152).

Huc pertinent ea, quae in libro continentur edito in lucem anno 1777, atque inscripto: *Catalogo degli uomini illustri figli del real Monastero di S. Domenico Maggiore in Napoli* (fol. 15 § 34). Enunciata probabilitas magis confirmatur ex recentioribus perquisitionibus diligentia Dominicianorum Patrum peractis post supradictam approbationem cultus. Quibus positis, idem Rm̃us Postulator ab eodem SSm̃o Dño Nostro efflagitavit facultates omnes necessarias et opportunas Em̃o et Rm̃o Dño Iosepho Prisco Cardinali Archiepiscopo Neapolitano tribuendas, quibus rite procedi valeat ad perquisitionem ac elationem exuviarum praedicti Beati, facta etiam potestate extrahendi reliquias in proximis Triduanis solemniis diribendas. Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab eodem SSm̃o Dño Nostro tributarum, attentis expositis, benigne precibus annuit, dummodo omnia fiant ad tramitem Instructionis per me apposite tradendae, veluti patet ex Decreto diei 1 Decembris mox elapsi anni 1899.

Receptis itaque Litteris S. Rituum Congregationis, Em̃us ac Rm̃us D. Cardinalis Archiepiscopus Neapolitanus vel per se, vel per suum Vicarium Generalem, vel per alium Virum in ecclesiastica dignitate constitutum rem explebit.

Praesto erunt Promotor Fiscalis Curiae, qui in hoc Processiculo Subpromotoris Sanctae Fidei vices geret, et Cancellarius, vel alter Notarius ecclesiasticus, ab ipso Em̃o ac Rm̃o Cardinali Archiepiscopo electus, qui omni exuviarum, ac reliquiarum extractioni interesse debent. Praeterea eligendi erunt duo saltem anathomes periti, ac fabri etiam adhibendi, quorum requiratur opus. Tam periti ipsi, quam fabri, coram Em̃o ac Rm̃o D. Cardinali Archiepiscopo, aut eius Vicario Generali, sive alio ab eo electo ecclesiastico Viro, praesente Promotore Fiscali, et Cancellario, sive altero Notario deputato, genibus flexis, tactisque SS. Dei Evangeliis, iuramenti fide spondeant sese demandatum munus expleturos, uti par est. Negotium vero huiusmodi secreto agendum, populi concursus omnino vitandus, et quaevis arcenda periculi seu offensionis occasio, admissis tantum aliquot delectis personis, quibus Em̃us ac Rm̃us D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., id concedendum censuerit.

Constituta die, ipse Em̃us ac Rm̃us D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., una cum Promotore Fiscali, et Cancellario, aut altero Notario deputato, sese conferet ad praefatam Ecclesiam. Aderit qui Causae

stitit ad illarum tenorem deveniri ad perquisitionem et elationem exuviarum Beati Raymundi delle Vigne a Capua, Ordinis Praedicatorum Magistri Generalis, petens etc. omni etc. Et tunc Dñus Fidei Promotor dixit nihil faciendum nisi prius auditis duobus saltem fide dignis testibus iuratis de re, qua de agitur apprime instructis, servatisque etc. Et tunc praefatus P. Fr. Carolus Maiello induxit in testes examinandos Rñum Dñum Ianuarium Asprenum Galante Protonotarium Apostolicum ad instar, Cimiliarcham et Canonicum Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae, Archeologiae Professorem; R. D. Paschalem Ragosta, et R. P. Fr. Aloisium Lombardi Ordinis Praedicatorum. Qui ibidem praesentes delatum sibi iusiurandum de veritate dicenda, flexis genibus, tactisque SS. Dei Evangeliis coram se positis, seorsim praestiterunt, et dein examinati fuere ut sequitur:

Et primo Rñus Dñus Ianuarius Asprenus Galante, Protonotarius Apostolicus ad instar, Cimiliarcha et Canonicus Neapolitanus $q^m$ Carmeli annorum 55, ad opportunas interrogationes sibi factas, videlicet: An sciat ubi Corpus Beati Raymundi delle Vigne a Capua Ordinis Praedicatorum asservatur, et quiescat; quando ibi reconditum; an quandoque exinde amotum; quo; quando; cur; a quo, seu quibus; quomodo et qua Auctoritate;

Respondit: *Dall'attuale Rettore di questa Chiesa P. Carlo Majello Domenicano ho rilevato che per antica tradizione dell'Ordine Domenicano è risaputo che il Corpo del B. Raimondo delle Vigne da Capua, Generale del detto Ordine, stia depositato in* cornu Epistolae *dell'Altare maggiore della Chiesa di S. Domenico Maggiore qui in Napoli, sotto gli stalli del Coro. Questo stesso è affermato dal P. Maestro Perrotta Domenicano nella sua Opera sulla* Chiesa di S. Domenico Maggiore, *il quale dice che il suddetto Corpo è depositato « dietro le spalliere del Coro », dove fu inumato nel 1525, allorchè dal Convento dei PP. Predicatori in Norimberga fu trasferito a Napoli.*

In ceteris omnibus dixit nescire.

Et perlectam sibi depositionem ratam habuit, confirmavit, et subscripsit ut infra.

Ianuarius Asprenus Galante Proton. Apost. a. i. Cimiliarca et Canonicus Neapolitanus deposui ut supra.

Dein examinatus R. D. Paschalis Ragosta $q^m$ Ioannis, annorum 39, Presbyter Saecularis Neapolitanus, qui ad suprascriptas interrogationes sibi factas;

Respondit: *Il B. Raimondo delle Vigne da Capua, Maestro Generale, morì nel Convento dei Domenicani in Norimberga il 5 ottobre 1399, e fu sepolto nella relativa Chiesa. Il P. Maestro Marchese nella sua Opera:* Sacro Diario Domenicano *Tomo 5, pag. 211, Napoli 1679, dice che il Corpo dello stesso Beato fu trasferito nella Chiesa di S. Domenico Maggiore in*

Postulatoris legitime vices gerat, aderunt electi anathomes periti, et fabri, atque duo saltem instrumentarii testes. Eñus ac Rñus D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., vel in sacrario, vel in alio idoneo loco pro tribunali sedens, Ecclesiae Rectorem, alterumque idoneum testem provectioris aetatis, aliosque, si quos audire opportunum iudicaverit, advocabit, eosque, postquam flexis genibus, ad SS. Dei Evangelia veritatis dicendae iuramentum emiserint, separatim interrogabit de loco, ubi corpus Beati Raymundi a Capua asservatur, et quinam sit; quando ibi reconditum; an quandoque exinde amotum; quo; quando; cur; a quo seu quibus; quomodo; qua auctoritate. Quas interrogationes cum responsis Cancellarius seu Notarius alter accurate in Actis describet. Hisce expletis, idem Eñus ac Rñus D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., una cum aliis sese conferet in Ecclesiam, eiusque ianuis clausis, in primis acta, si quae sint, postremae humationis et recognitionis corporis Beati praefati sibi afferri iubebit, eaque alta voce per Cancellarium, sive Notarium alterum deputatum perlegi, quo perspici valeat, num conveniant descriptae notae cum iis, quae in hac exhumatione reperiuntur. Tum vero, nomine Sanctae Sedis excommunicationem Summo Pontifici reservatam, et ipso facto incurrendam indicet contra omnes cuiusque status, dignitatis et conditionis, qui etiam pietatis specie, aliquid ex Beati exuviis extrahere, vel in eas inferre praesumpserint. Illico operi apponetur manus, atque erutis, amotisque coementis, si quae sint, urna seu capsa extrahetur. Cancellarius, seu Notarius alter externam describet sepulchri faciem, atque Eñus ac Rñus D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., ac Promotor Fiscalis accurate animadvertent, an sigilla, si quae fuerint apposita, integra, vel fracta sint; an subsit aliquod indicium fraudis. Quo quidem in casu rem intermittere oporteret, et S. Rituum Congregationem de repertis defectibus certiorem facere. Sigilla pariter, ac repertae vittae in Actis describentur. Si res postulet, ut capsa in aptiorem alium locum seu conclave pro nunc transferatur, hanc translationem peragent Clerici superpelliceo induti, praesertim qui ad Praedicatorum Ordinem pertinent, aliis praecedentibus cereos accensos manu gestantibus, et submissa voce psalmos de Communi Confessorum recitantibus. Ut autem commodius haec recognitio fieri possit, paretur mensa, lineo saltem velo cooperta, in qua Beati ossa ac reliquiae ex capsa extrahenda, collocanda erunt. Itaque sacrae exuviae caute extrahantur a delectis peritis, ac reverenter super praedicta mensa collocentur, ab iisque attente inspiciantur, ac numerentur. Quibus peractis, ab Eño ac Rño D. Cardinali Archiepiscopo, sive etc. praesente Promotore Fiscali, et Cancellario, sive altero Notario, periti ipsi anathomes seiunctim interrogabuntur de iis, quae repererint, de singulis Beati corporis partibus, earumque statu; ac eorum dicta Notarius excipiet cui testificationi illi subscribent.

Si una die opus perfici nequeat, tunc Beati ossa in aliquo con-

*Napoli. Fu depositato al lato dell'Epistola di quell'altare maggiore, e propriamente in Sacrario dietro la spalliera del Coro al detto lato, come scrisse il P. Mro Perrotta nella sua Descrizione della Chiesa e monastero di S. Domenico Maggiore, giusta la tradizione giunta sino a lui. Ciò stesso hanno ripetuto il P. Fr. Giacinto Cormier Domenicano, e il P. Lavazzuoli nel Catalogo degli uomini illustri figli del Monastero di S. Domenico Maggiore in Napoli. Cosiffatto trasferimento dovette aver luogo tra il 1525 e il 1543, giacchè nel 1525, la riforma luterana fu impiantata ufficialmente a Norimberga, e quel Convento Domenicano fu confiscato nel 1543. Il predetto P. Marchese opina che nel detto Sacrario potette essere depositato il Corpo del B. Raimondo in tempo dell'assedio di Lautrech, quando Napoli fu pure afflitta dalla peste, e morti di peste i Padri, che aveano fatto quel deposito, fu posteriormente dimenticato il luogo preciso dello stesso deposito, e soltanto la tradizione antica tramandò la notizia del nascondimento di quel Corpo in un Sacrario. Niuna notizia poi ho letto relativa al trasferimento dei resti mortali del B. Raimondo.*

In ceteris omnibus non ho che aggiungere al deposto.

Et perlectam sibi depositionem ratam habuit confirmavit, et subscripsit ut sequitur:

Sac. Paschalis Ragosta deposui ut supra.

Denique examinatus P. Aloisius Lombardi qm Dominici, annorum 62, Sacerdos professus Ordinis S. Dominici, et ad interrogationes superius exscriptas;

Respondit: *È costante tradizione nel nostro Ordine che il Corpo del Beato Raimondo delle Vigne, da Capua, Maestro Generale del nostro Ordine di S. Domenico, morto nel nostro Convento di Norimberga in Alemagna nel 1399, fu trasferito a questa Chiesa di S. Domenico Maggiore in Napoli nel 1525, e fu depositato in* cornu Epistolae *dell'Altare Maggiore, e precisamente dietro le spalliere del Coro. Cosifatta tradizione è riportata nelle Opere del P. Marchese, e del P. Maestro Perrotta nostri Scrittori, che io ho letto.*

In ceteris omnibus dixit nescire. Et perlectam sibi depositionem ratam habuit, confirmavit, et subscripsit ut infra:

P. Fr. Aloysius Lombardi Ord. Praed. deposui ut supra.

Quibus habitis, instante Dño Fisci Promotore, P. Carolus Maiello de Ord. etc. induxit in fabros murarios et lignarios Salvatorem Conte, et Ioannem Colonnese, qui ibidem praesentes et de munere sibi commisso opportune moniti, delatum sibi iusiurandum de munere eodem fideliter implendo, genuflexi ac Sancta Dei Evangelia manu tangentes praestiterunt, ac se subscripserunt ut sequitur.

Conte Salvatore.
Colonnese Giovanni.

clavi occludantur, cuius fenestrae, nisi ferreis cratibus iam sint munitae, nedum claudendae, sed appositis etiam transversis chartulis Em̃i ac Rm̃i D. Cardinalis Archiepiscopi sigillo obsignandae erunt. Idem fiat in foribus, postquam hae clavibus occlusae fuerint. Hasce claves secum deferet Cancellarius, sive etc. Quando autem opus resumere oporteat, antequam fores et fenestrae aperiantur, appositae chartulae, ac sigilla sedulo inspicienda sunt, iisque intactis repertis ac declaratis, intermissum opus resumendum erit.

In quolibet autem actu tam Em̃us ac Rm̃us D. Cardinalis Archiepiscopus, sive etc., quam Promotor Fiscalis, et Cancellarius, seu deputatus Notarius alter, una cum instrumentariis testibus adesse debent. Item quoties resumatur opus, aut interrumpatur, excommunicatio Summo Pontifici reservata denuo indicenda erit, aliaque peragenda, ut supra.

Porro, iuxta Peritorum delectum, reliquiae aliquot desumantur Romam mittendae: Sumendae autem ex ipsis Beati ossibus, sive ex carne, aut praecordiis. Etiam Em̃o ac Rm̃o Dño Cardinali Archiepiscopo licebit modicas aliquas Beati reliquias assumere, quas distribuere valeat.

At quaecumque demum reliquiae extrahantur, a memoratis Peritis sedulo describendae sunt, et in Actis notandae. Quae vero diribendae, aut Romam, ut supra, mittendae, tradentur Postulatori, aut illi qui eiusdem vices agit, in capsula occlusae, et Em̃i ac Rm̃i D. Cardinalis Archiepiscopi sigillo obsignata. Ipsius quoque Em̃i ac Rm̃i D. Cardinalis Archiepiscopi testimonium detur, eius sigillo obsignatum, in quo traditae reliquiae accurate describantur. Hisce peractis, Beati corpus in sua urna, seu capsa, vel in alia nova et decentiore reponatur, quae clausa ita sigillis obsignetur ut nullo pacto aperiri possit. Si vero libebit ossa componere, Praedicatorum vestibus induere, et in urna crystallis munita componere, id quidem liceat, sed per iuratas personas rei perficiendae peritas et ab ipso Em̃o ac Rm̃o D. Cardinali Archiepiscopo specialiter deputandas. Re vero perfecta, urna ipsa vittis obliganda erit, et Em̃i ac Rm̃i D. Cardinalis Archiepiscopi ita sigillis obsignanda, ut, nisi sigillis et vittis fractis, aperiri nequeat; quae vittae et sigilla, earumque numerus et situs diligenter a Cancellario, sive Notario altero adnotabuntur. Si tamen urna pro nova corporis compositione aperienda fuerit, iterum ad Sedem Apostolicam recurrendum erit; cum Beatorum corpora eiusdem immediatae iurisdictioni et custodiae subsint. Translatio porro de uno in alium locum, si ea opus sit, eadem privata fiet ratione, quae superius descripta est.

Cancellarius autem, vel Notarius alter deputatus, omnia diligenter adnotet in instrumento hac de re conficiendo, cuius exemplar authenticum, una cum mea hac Instructione, transmittendum est ad S. Rituum

Et hic Ego Protonotarius Apostolicus requisitus a Dño Canonico Caruso delegato, Fisci Promotore audiente: an in Archivo Archiepiscopalis Curiae Neapolitanae Acta quaelibet postremae humationis et recognitionis Corporis praefati Beati invenerim, testatus fui quod licet omnem adhibuerim diligentiam, nihil prorsus ad rem invenerim de Actis praedictis, et certum omnino sit, nihil ibi extare.

His auditis, idem Dñus delegatus una cum Fisci Promotore, meque Protonotario Apost., et testibus ut supra examinatis se contulit ad Chorum huius Ecclesiae, ibique ad formam Instructionis R. P. Fidei Promotoris de Urbe, vulgari idiomate ad faciliorem intelligentiam excommunicationem Summo Pontifici reservatam, ipso facto incurrendam, indixit contra omnes cuiusque dignitatis et conditionis, qui aliquid ex Beati exuviis extrahere, vel in eas inferre, etiam pietatis specie praesumpserint. Et dein praefati fabri Conte et Colonnese de Ord. etc. in loco ab examinatis testibus indigitato, extrahere coeperunt tabulas et sedilia Chori; et effosso pavimento, subter eo apparuit loculus excavatus in muro, et redactus in forma Sacrarii. Quo facto apparuere Ossa quaedam soluta inter frustula serica et chartarum. Inventa pariter fuit ampulla vitrea, cuius orificium abruptum erat, nihil prorsus continens, sed tantum inter frustula eadem inventa fuere frustula pergamenae, in qua verba inscripta ita erant deleta, ut nil perlegi potuerit. Quibus attente examinatis, omnes advertebunt mures omnia destruxisse et in frustula reduxisse; et revera inter frustula ipsa inventum fuit scheletrum animalis, quod vulgo appellatur *zoccola*. Ossa autem praedicta diligentissime collecta, collocata fuere super tabula in medio Chori apposite parata, et tapete cooperta. Et dein, Fisci Promotore instante, ad formam Instructionis R. P. Fidei Promotoris, Dñus Aloisius Can. Caruso delegatus iussit advocari Doctores physicos, seu Anathomes peritos Dños Raphael Laudano, et Ioannem Giambelli, qui iam moniti, et ibidem praesentes, delatum sibi iusiurandum de munere Ossa praefata attente examinandi et describendi, genuflexi, ac SS. Dei Evangelia coram se posita seorsim praestiterunt, et se subscripsere ut sequitur.

Laudano Raffaele Dottore, *giuro*.

Dottore Giovanni Giambelli, *giuro*.

Quibus praestitis iuramentis, praedicti Doctores Ossa, quibus de agitur, accurate examini subiecta numerarunt, et fideliter descripserunt in apposita relatione, quam in scriptis redegerunt, et subscripserunt, illamque mihi Protonotario Apostolico tradiderunt, de ord. etc. in fine huius Instrumenti adnectendam (1). Ossa autem praedicta composita fuere ab iisdem Doctoribus in Capsula, quam vitta circumligavi, et sigillo Emi Dñi Archiepiscopi Neapolitani in cera rubra hispanica tribus in locis obsignavi. Eadem Capsula deposita fuit in armario existente in Sacristia huius Ecclesiae, cuius armarii fores sigillo praedicto in cera rubra obsignatae fuerunt, et sua clavi clausae, quam clavim apud me retinui usque dum iudicium de Ossibus praedictis feratur a S. Rituum Congregatione.

Congregationem. Instrumentum hocce Acta referre debet postremae translationis, vel recognitionis et humationis corporis Beati, integram exuviarum, seu reliquiarum eiusdem descriptionem habitam a Peritis viris, et alia omnia ac singula acta, quae hucusque adnotavimus.

Cetera vero, si quae occurrant, pro re nata, Emi ac Rmi D. Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani, sive eius Vicarii Generalis, aut alterius ecclesiastici Viri ab alterutro deputandi commendantur religioni, prudentiae, atque in rebus gerendis dexteritati, quibus SSmus D. N. et S. Rituum Congregatio plurimum in Domino confidunt.

Io. Baptista Lugari
S. C. Adv. S. Fidei Promotor.

(1) Tenor Relationis Duorum Anathomes Peritorum. — Noi qui sottoscritti Medici Chirurgi, per incarico della Rma Curia Arcivescovile di Napoli, ci siamo recati nella Chiesa di S. Domenico Maggiore per periziare i Resti Mortali di un Individuo seppellito ivi. I detti avanzi si sono trovati in un Sacrario, in *Cornu Epistolae* dell'Altare maggiore dietro la spalliera del Coro.

Prestato il giuramento dovuto, abbiamo cominciato l'esame minuzioso dei sopraddetti avanzi i quali si compongono di:

1. Un osso largo, che appartiene alla volta del cranio, e che è costituito dai due parietali quasi completi, e dell'osso frontale intero, e poca porzione dei due temporali; in questo Osso, le suture sagittali e fronto-parietali sono resistenti per l'ossificazione avvenuta, cosi la poca porzione delle suture temporo-parietali.

2. Il femore destro col collo chirurgico ed il gran trocasidere conservati, e mancanti solo del terzo inferiore.

3. La tibia destra manca dei capi articolari; in sopra e manca quasi del quarto superiore.

4. Il femore sinistro manca della metà superiore la tibia corrispondente è anche essa mancante della metà.

5. Un altro osso mancante degli estremi si giudica da noi essere un pezzo di omero.

6. Un piccolo ossicino della lunghezza di pochi centimetri con punti d'attacchi muscolari manifesti ha l'aspetto della branca montante del mascellare inferiore.

Ut autem plena et perfecta notitia Sacrarii, seu loculi, in quo inventa fuere eadem Ossa, habeatur, Fisci Promotore instante, et de ordine Dñi Delegati, commissum fuit Dño Francisco Carnesecchi Architecto munus apte et fideliter describendi relatione in scriptis redigenda (1), et Instrumento huic adne-

Dallo aspetto delle ossa periziate, dalla loro robustezza, dallo stato delle superficie articolari, e dalle suture apparenti nell'osso del cranio, suture che (come già è stato detto) sono quasi ossificate, possiamo sicuramente affermare che esse appartennero ad un Individuo di valida costituzione scheletrica, dell'età di oltre gli anni 60 e seppellito da epoca remotissima.

Ed in vero oggi li 2 Aprile 1900.

Laudano Raffaele
Giambelli Giovanni
Ian. Can. Trama Fisci Promotor.
Morra, Protonotarius Apost. Ac. dep.

(1) Relatio Architecti. All'Eminentissimo Cardinale Arcivescovo di Napoli. — Eminenza Reverendissima. Fin dal Giugno dello scorso anno, per speciale cortese invito del Signor Rettore della monumentale Chiesa di S. Domenico Maggiore, qui il ch. P. Carlo Majello dell'Ordine dei Predicatori, il sottoscritto ebbe ad occuparsi delle indagini tecniche atte al rinvenimento degli avanzi mortali del Beato Raimondo da Capua, che tradizione antichissima e convincimento di accreditati scrittori, fra cui il Perrotta, designavano trovarsi deposti in detta Chiesa e più particolarmente nella Galleria del Coro, in un Sacrario in *cornu epistolae* del massimo altare.

Tenendosi conto della data, quasi certa, del deposito, avvenuto nel 1525, allorchè parte dei sacri avanzi, per soppressione degli Ordini Religiosi e confisca dei beni relativi, vennero qui trafugati da Norimberga (Alemagna), centoventisei anni cioè dopo la morte (1399); riandandosi con criteri i più attendibili, sulle riforme statiche a cui andò soggetta una zona dell'abside per lo spostamento del massimo altare, portato più innanzi, al di sotto dell'arco frontale della cupola (ove giace presentemente) e dalla conseguente rimozione e riadattamento dell'antico Coro, avvenuta nel 1562, epoca del priorato di un tale padre Giordano Crispo, Coro che nel 1752 fu, a sua volta, sostituito da altro di nuova struttura, quale ammirasi oggidì, come opera lodevolissima per purezza di stile ed eleganza di linee; e considerandosi in fine che, le pareti formanti la zona dell'abside trovavansi per una altezza di metri 4,20 dal suolo completamente mascherate dalla solida armatura di un doppio ordine di seggi dalle alte e maestose spalliere, costituenti il Coro stesso, si dedurrà facilmente come non lieve fosse il compito affidato al sottoscritto.

Di accordo però col succitato Signor Rettore, guida preziosa, sapiente ed instancabile, diversi ostacoli vennero man mano superati e con fiducia s'iniziarono le esplorazioni.

Seguendosi le tracce designate dal Perrotta, dal lato destro cioè del maggiore altare, vennero primieramente praticati dei saggi nel peristilio del presbiterio, oltre la balaustrata, ma non ostante che le brecce aperte da sopra in sotto si fossero protratte ad una profondità di circa metri 2,00 fino ad incontrare le creste dei volti di copertura dei sottostanti ipogei, queste prime indagini ebbero un risultato affatto negativo.

Si procedette in seguito, per quanto l'angusto spazio intercedente fra il tavolato di *parterre* del secondo ordine dei seggi del Coro e il sottoposto suolo, ingombro tutto di calcine e detriti di tufo, lo permetteva, alla esplorazione di una tratta di muro, sempre *in cornu epistolae,* occultata interamente dalle spalliere dei seggi, e limitata dal pilastro dell'arco maestro fino al piccolo vano che dal coro si discende nell'attigua Cappella dedicata al titolare S. Domenico, per una lunghezza di metri 4,50, ma nessuno indizio di loculo o sacrario, fosse pure apparentemente tombagnato da breve foderatura, ebbesi a constatare.

Non potendosi per le difficoltà di spazio, come sopra è detto, investigare lo interno del muro, con sondature o trapanazioni, anche perchè non era prudente lo attentare alla solida costruzione degli stalli in noce del coro, scomponendoli, il sottoscritto dispose che le indagini venissero continuate invece dal retro-fronte del muro stesso, e proprio nella corrispondente tratta a sinistra della Cappella di San Domenico, entrando dalla Chiesa, per la identica lunghezza di metri 4,50.

Le trapanazioni fatte saltuariamente a breve distanza e con ponderati criteri, non segnarono esistenza alcuna di vuoti nello interno del muro, spesso metri 0,95.

Essendo stato però necessario rimuovere una pesantissima lapide di marmo tassello di grossezza metri 0,10, con bassorilievi di scudi gentilizi della famiglia Carafa Stadella, si ebbe a rilevare che, miste alla volta della muratura tufo eranvi mescolate delle ossa umane, parte in minuscoli frammenti, e parte per intero.

Questi avanzi, con delicata osservanza, furono dal Signor Rettore collocati riserbatamente in apposito cassetto, non ostante che si avesse, come si ha tuttavia, ferma ed inamovibile la convinzione che essi fossero estranei del tutto al corpo del Beato Raimondo.

In convalida giova far rilevare:

1. Che è inconfutabilmente assodato che, a ridosso della lapide, scastrata dal muro, niun indizio eravi di un loculo qualsiasi, essendosi rinvenuta la massa muraria compatta senza interstizî di sorta e senza vestigia o frammento di un incavo o nicchia qualunque, fosse anche di remota data, quindi la lapide stessa, nuda d'iscrizione e solamente adorna di grafiti del Patriziato Napoletano, era, come lo è tuttavia, destinata unicamente ed esclusivamente a designare a chi si appartiene il sottoposto sepolcreto, il di cui boccaglio nel pavimento, in piè dello scalino dell'altare trovasi di avere a difesa una lapide mobile con identico stemma nel centro.

2. Che dallo esame e dalle minuziose analisi praticate sulla natura della muratura, è risultato ad evidenza che, dal lato della Cappella di S. Domenico, il muro e relativo martello dell'arco, allo ingresso della Cappella stessa, e fino al vano che fa ascendere al coro, venne risarcito con sussidio di una foderatura di nuova fabbrica per lo spessore di circa metri 0,40, e questo rafforzamento ebbe impianto dal piano di fondazione del sottostante, come chiaro apparisce sia dal maggior rilievo dell'appiombo della verticale relativa risega nella imposta del volto di copertura, sia per la differenza di struttura di fabbrica e di malta delle rimanenti tre pareti, e sia infine per un cumulo di calcine e detriti di tufo ammonticchiato sul luogo dell'ipogeo, misto ad avanzi di casse mortuarie e ossa umane di più corpi.

3. Che questi lavori sussidiarî fossero compiuti dal solo lato del muro verso la Cappella di S. Domenico, senza compenetrazione, nella fronte della restante parte verso il Coro e che forse occorsero, per riparare i danni cagionati alla Chiesa dal terremoto del 1688, come riferisce dettagliatamente il medesimo Perrotta, e quindi la presenza degli avanzi umani, rinvenuti mescolati in quella porzione di più recente muratura, deve indubbiamente attribuirsi o ad ignoranza e disavvedutezza o meglio a vandalismo degli operai di quell'epoca.

ctenda Sacrarium ipsum, seu locum. Qui quidem monitus, et ibidem praesens munus acceptavit, et iusiurandum de eo fideliter implendo genuflexus, ac tangens SS. Dei Evangelia coram se posita, praestitit, se subscribens ut infra:

*Ingegnere Francesco Carnesecchi, giuro.*

Avendosi quindi evidente la convinzione che anche negativa, allo scopo proposto, era riuscita questa terza investigazione, si venne nel divisamento di esplorare una intercapedine in terrapieno, al disotto del maggiore altare; ma prima di accingersi a tale impresa che non lievi opere di assicurazioni richiedeva, si credette, di accordo col Signor Rettore, di continuare le indagini nel restante circuito del coro, cominciando dal vano, che immette nella Cappella di S. Domenico, *in cornu epistolae,* fino all'estremo opposto, *in cornu evangelii.*

Per l'angusto spazio che intercede, come innanzi è detto, tra il tavolato di *parterre* del secondo ordine dei seggi, e il suolo, ingombro tutto di terriccio, questo còmpito di nuova esplorazione, senza scomporre parte alcuna del Coro, fu affidato ad un giovinetto operaio di esile corporatura che, carpone, con la guida di una fioca lanterna, volentieri ed accuratamente disimpegnò l'incarico, coronato da lusinghiero risultato, quello cioè che alla distanza di metri 3,50 dal detto vano, sempre *in cornu epistolae,* si presentò alla vista lo estremo inferiore di un loculo.

Riportandosi dal sottoscritto il punto di giacitura allo esterno, si assodò che il loculo trovavasi a ridosso dell'undecimo seggio del secondo ordine del Coro, nella verticale del finestrone a destra, e sospesa ogni ulteriore indagine, ebbesi cura di far rimanere integro ed immutato lo stato dei luoghi fino a quando, espletate le pratiche di opportuno rito, non si fosse disposto l'intervento delle Autorità Ecclesiastiche locali, per le debite constatazioni.

Tali pratiche, come di consueto, occuparono un tempo abbastanza lungo, dal luglio cioè dello scorso anno fino al 2 del corrente mese, giorno in cui intervenne, per le dovute constatazioni, la Commissione della Reverendissima Curia Arcivescovile, all'uopo delegata dall'Eminenza Vostra; al cospetto della quale, dopo un assiduo lavoro di oltre tre ore, il sottoscritto, con esperti operai di fiducia, fece scomporre parte del tavolato e della spalliera dell'undecimo seggio del Coro a secondo ordine (*in cornu epistolae*) *mettendo alla luce* non il supposto loculo, ma *un completo e ben conservato frammento di artistico Sacrario, puro stile gotico (epoca approssimativa 1300)* che dallo svelto e maestoso stipite in blocchi tufacei con le caratteristiche scorniciature e toro a sguanci inclinati e con rosone traforato nel centro dell'arco, elevavasi per metri 2,50 dal suolo, su basamento di fabbrica tufo intonacato, con il piano rivestito da soglia di marmo o tassello, dello spessore di centimetri quindici, incavata circolarmente nel mezzo a guisa di scodella con relativo gocciolatoio.

Sulla soglia medesima, e proprio sull'incavo della scodella si rinvennero altresì, simmetricamente e religiosamente composti, degli avanzi mortali, uniti ad una fiala di vetro, rotta in due pezzi, e sfornita perciò di qualsiasi indiziario scritto.

A richiesta insistente della prelodata Commissione e del Superiore Generale dell'Ordine dei Padri Predicatori il sottoscritto ha rilevato e riprodotto al vero, nella scala di uno per cento, doppio esemplare, il prospetto del frammento, una alla pianta ed al relativo spaccato longitudinale, che pregiasi alligare alla presente relazione.

Non essendo còmpito del sottoscritto di pronunziarsi sulla probabilità o meno di chi appartenessero i rinvenuti avanzi, è suo dovere di coscienza però che, sotto il vincolo del prestato giuramento, abbia a fare le seguenti brevi, ma esplicite dichiarazioni, desunte da dati incontestabili di fatto e che indubbiamente verranno a porgere molta luce sulla entità, finora ignorata, del Sacrario, e per conseguenza sulla importanza degli avanzi ivi rinvenuti.

Si dichiara quindi:

*a*) Che il Sacrario è opera pregevolissima, per purezza di stile, della primitiva epoca in cui avvenne la edificazione della monumentale Chiesa di S. Domenico Maggiore, qui in Napoli, e che altri, della specie, non vi esistono sia nella galleria del Coro che in altri punti della Chiesa medesima.

*b*) Che il Sacrario stesso fu visibile e destinato allo scopo cui erasi costruito fino a che sotto il priorato di Padre Giacomo Crispo, come sopra è cenno, non avvenne lo spostamento in avanti del maggiore altare, la sopraelevazione del piano di pavimento del presbiterio ed il conseguente riadattamento dell'esistente Coro, operazioni queste che vennero compiute durante l'anno 1562, trentasette anni cioè dopo la venuta in Napoli degli avanzi del nostro Beato (1525).

*c*) Che con la sopraelevazione del piano di pavimento del presbiterio e della adiacente galleria del Coro (1562) il Sacrario restò completamente inutilizzato per trovarsi il basamento e piano di lavacro, non più superiore ma bensì inferiore al livello del nuovo pavimento, quale tuttavia appare oggidì, quindi tenuto conto della data della venuta degli avanzi (1525) e della data delle innovazioni (1562) come riferisce dettagliatamente il Perrotta, non è assurdo o audace il ritenere che, essendosi abolito il Sacrario, e dovendo per necessità rimanere ancora occultato dalle spalliere del riformato Coro, che avvenne nel medesimo anno (1562), si reputò non esistervi luogo più adatto, più conveniente, più sacro e nobile di quello, per depositarvi i preziosi avanzi, e che ciò sia vero, lo dimostra ad evidenza il culto che per tradizione avevasi di questo luogo, anche centonovanta anni dopo, cioè nell'anno 1752, epoca nella quale documenti inediti fanno cenno della sostituzione del vecchio stallo del Coro con quello che oggidì si ammira. Infatti, quantunque fosse risultato dalle investigazioni, testè espletate dal sottoscritto, quale vennero a loro volta constatate dalla Commissione della Reverendissima Curia, che poco accortamente dagli operai dell'epoca fu collocato fra gli altri, per sostegno del tavolato di calpestio del secondo ordine del nuovo Coro, un dormiente o traverso orizzontale di legno castagno, adagiandolo sul piano di marmo del Sacrario, con un estremo conficcato nel muro di tombagno; gli avanzi, quali giacevano in quel tempo, furono scrupolosamente rispettati, avendosi cura che il traverso medesimo combaciasse, o meglio aderisse perfettamente allo squarcio dello stipite sinistro, anzichè invadere la restante zona limitrofa alla scodella, sulla quale eranvi depositati gli avanzi, in modo simmetrico ed accurato, e come tali sono ora rinvenuti, difesi, occultati e garentiti da un bel solido e resistente portame o serramento, quale le robuste spalliere degli inamovibili seggi del coro, ove, per gli spiragli dell'attico del cornicione di coronamento, e delle valvole sui banchi di appoggio, si era costituito un giuoco perenne di aria e di ventilazione che non poco ha influito alla conservazione degli avanzi, i quali dopo un secolo e mezzo circa (1752-1900) sono venuti a luce con integrità e compattezza, se non prodigiosa, per lo meno meravigliosa.

*d*) Che infine, come desumesi dalle impronte di quattro forellini nel tombagno del Sacrario (quali sono riportati nel tipo annesso) disposti a croce, è a supporsi che una targa con iscrizione fu ivi collocata, affidandola al sostegno di chiodi, e che malauguratamente, o per fragilità o per disavvedutezza qualsiasi, andò deperita o dispersa.

His expletis, R. P. Fr. Carolus Maiello exhibuit attestationem R. D. Ioannis Finizio Rectoris Ecclesiae vulgo dictae *del Gesù Vecchio* Neapoli (1), ad docendum inibi inter Reliquias Sanctorum Ordinis Praedicatorum existentes in Oratorio interiori ipsius Ecclesiae, reperiri Reliquiam ex Ossibus B. Raymundi a Capua, instans et petens omni etc. attestationem ipsam Instrumento huic inseri, ut pateat ex Ossibus praelaudati B. Raymundi, reliquias desumptas aliquando fuisse. Exhibuit quoque relationem scriptam, in qua scriptorum auctoritates referuntur quoad locum, in quo Ossa B. Raymundi deposita dicuntur (2). Exhibuit tandem attestationem R. P. Fr. Vincentii Sollazzi Ord. Praedicato-

Tanto il sottoscritto pregiasi sottomettere all'Eminenza Vostra Reverendissima, in adempimento del mandato ricevuto, e con l'antico immutabile ossequio, baciandole la Sacra Porpora ha l'onore di dichiararsi,

Napoli, Aprile 1900.

Devotissimo Servitore
Ing. Francesco Carnesecchi.

Ian. Can. Trama Fisci Promotor.
Morra Protonotarius Apostolicus.

(1) Tenor attestationis Ecclesiae « del Gesù vecchio ». — Chiesa del Gesù vecchio. — Napoli, il 1 Aprile 1900. — Io qui sottoscritto, Rettore della Chiesa del Gesù Vecchio in Napoli, attesto che nell'Oratorio interno di questa Chiesa, visitato dalla Santa Memoria del Sommo Pontefice Pio IX, nell'anno 1849, addì 9 Settembre, nell'armadio a destra e propriamente nello scompartimento dedicato ai Santi dell'Ordine domenicano, esiste, tra le reliquie di S. Raimondo da Pennafort, di S. Giacinto Confessore e del B. Marcolino, Forloviense, un *frammento di osso, con una scritta antica, in cui si legge:* « Beatus Raymundus Capuanus ».

Tanto dichiaro per la verità.

Sac. Giovanni Finizio
Rettore del Gesù Vecchio.

Ian. Can. Trama Fisci Promotor.
Morra Protonotarius Apost.

(2) Tenor relationis scriptae a R. Fr. Carolo Maiello, qui scriptores recenset. — Illustrissimo e Rm̃o Monsignore, — Sono oltremodo convinto che le ossa ritrovate nel Sacrario antichissimo dietro la Spalliera del coro dell'altare maggiore appartengono al corpo del Beato Raimondo da Capua: imperocchè da documenti Storici apparisce chiaro che il corpo del Beato da Norimberga fu trasferito in Napoli nella Chiesa di S. Domenico Maggiore, e che quel corpo sia stato riposto in *cornu epistolae* dell'Altare maggiore dietro la spalliera del coro: ove veramente sono state ritrovate.

Che il corpo del Beato da Norimberga sia stato trasferito in Napoli nella nostra Chiesa l'attestano:

1. Fratre Antonio Senese, il quale nella sua *Biblioteca* scrive del B. Raimondo da Capua: *Obiit Norimbergae anno Domini 1399. Postea translatum fuit corpus eius Neapolim ad conventum nostrum S. Dominici Maioris et sepultum e latere uno altaris maioris.*

2. Fr. Ambrogio di Altamura, nella sua opera *Biblioteca Domenicana*, del B. Raimondo dice: *Clarus miraculis ad gaudia paradisi migravit Norimbergae in Alemania die V Octobris hoc anno Redemptionis 1399. Eius corpus translatum fuit Neapolim in Ecclesia Sancti Dominici sui ordinis.*

3. Castiglio nella sua opera-storica generale ecc. del Beato Raimondo scrisse: *Et alla fine morì mentre attendeva a questo, essendo stato Generale 20 anni, il corpo del quale fu trasferito nel nostro convento di S. Domenico in Napoli.*

4. Il P. Lavazzuoli del B. Raimondo da Capua scrive: *Plenus meritis quievit in Domino anno 1399 et in hac Ecclesia* (Chiesa di San Domenico in Napoli) *sepultus.*

5. P. Teodoro Valle da Piperno a pag. 127 dice: *Il corpo suo (del B. Raimondo) da Norimberga fu trasferito in S. Domenico di Napoli, come dice il Lusitano, il Castiglio, il Pio ed altri, e questo credo si facesse per essere figlio della Provincia del Regno, e non di Lombardia.*

6. Il Giovanni Cavalieri (*Galleria Domenicana*), Vol. 2 pag. 73 scrive: *Chiaro per miracoli (il B. Raimondo) andò a godere Dio da Norimberga d'Alemania a 5 Ottobre 1399 ed il suo corpo fu traslato in Napoli nella Chiesa di S. Domenico.*

7. Il P. Marchese (*Sacro diario* ecc., Vol. 5, pag. 129) dice: *Il B. Raimondo, ricevuti gli ultimi Sacramenti, rendè l'anima al Signore a dì 5, Ottobre dell'anno 1399; et il suo corpo fu sepolto nella Chiesa del suo ordine nella detta città di Norimberga, ma in deposito, per lo che gli ferono un umile sepolcro con un breve epitaffio, donde dopo fu trasferito nella Chiesa di S. Domenico di Napoli.*

Ma ove? Gli scrittori citati dicono *a latere uno altaris maioris*, ad un lato dell'Altare maggiore. Il P. Marchese scrive che il corpo del Beato Raimondo fu posto *a lato dell'Altare Maggiore.* Ora l'altare Maggiore prima del 1562 aveva il coro davanti. Fu nel 1562 che fr. Giordano Crispo, priore del Convento di S. Domenico come scrive il P. Perrotta (pag. 12 descrizione storica della Chiesa di S. Domenico Maggiore) trasferì il coro dietro l'altare. Poichè il corpo del B. Raimondo dovette essere trasferito in Napoli tra il 1525 ed il 1543; ed il nascondimento del corpo dovette essere, come opina il Marchese, al tempo dell'assedio di Lautrec, il quale verso il 1528 assediò Napoli; è chiaro che a tempo del nascondimento il *Sacrario* ove fu riposto il corpo del Beato era a lato dell'Altare maggiore: quindi il Padre Marchese che scriveva nel 1669, raccogliendo la tradizione, mentre lasciava detto che il corpo del B. Raimondo fu posto a lato dell'Altare Maggiore, continuava: *Ben è vero però che nè anco in detta Chiesa fu potuto fin'ora trovare il luogo, e memoria della detta sepoltura.*

Nè ciò fa meraviglia quando si rifletta bene che quelle ricerche si facevano circa un secolo dopo dal nascondimento, e si facevano al lato dell'altare che non si trovava più al posto ove era un secolo avanti.

Ora poichè nel 1688 furono fabbricate le mura del coro, che avevano molto sofferto per il terremoto, e nel 1752 fu tolto il coro vecchio, e vi si fece il coro nuovo come dice il Perrotta, nel fare il quale cambiamento dovette scorgersi il Sacrario, con il corpo del Beato; di là io suppongo abbia potuto specificarsi di più la tradizione raccolta ed affidata allo scritto dal P. Perrotta nel 1828:

« *Si dice che stiano le sue ossa* (del B. Raimondo) *conservate in un Sacrario dietro la spalliera del coro dalla parte dell'epistola* ».

Per queste riflessioni, e per la costante tradizione, la quale è durata fino ai tempi attuali, io ritengo che *le ossa ritrovate nel Sacrario*

rum (1), qui ob nimis provectam aetatem impotens est ad exeundum e domo, ubi inhabitat, petens etc.

Et Dñus Delegatus, Fisci Promotore annuente, attestationem et relationem exhibitam Instrumento huic adiungi mandavit, quatenus etc.

His omnibus expletis, Dñus Delegatus mihi Protonotario Apostolico commisit ut de omnibus uti supra gestis Instrumentum hoc conficerem in forma etc., et in eius fine exhibita iura adnecterem, cum Fisci Promotore, ac testibus instrumentariis se subscribens ut sequitur:

Aloysius Canonicus Caruso Delegatus.

Ianuarius Canonicus Trama Fisci Prom. Archiepiscopalis Curiae.

Pacifico Sivignano testimone.

F. Antonio Oliva testimone.

Super quibus omnibus ut supra gestis, Ego Protonotarius Apostolicus ad instar, in Actuarium deputatus, Instrumentum hoc confeci in forma etc. et in eius fine omnia exhibita iura adiunxi; unde omnia praedicta gesta fuere hora, die mense, anno, loco et loco loci, quibus supra, praesentibus suprascriptis testibus per me vocatis, habitis, atque rogatis.

Et in veritatis testimonium hic me mea manu subscripsi requisitus.

Ita est:

SALVATOR MORRA
S. Th. I. U. D. Protonotarius Apostolicus
ad instar, Act. dep.

## III.

### ORDINIS PRAEDICATORUM

RECOGNITIONIS EXUVIARUM

## BEATI RAYMUNDI A CAPUA

XXIII MAGISTRI GENERALIS EIUSDEM ORDINIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 1 decembris anni elapsi 1899, facultates necessarias et opportunas tribuere dignatus est Eñio et Rñio Dño Cardinali Iosepho Prisco, Archiepiscopo Neapolitano, ad perquisitionem et recognitionem peragendam exuviarum Beati Raymundi a Capua, quae Neapoli in templo maiori S. Dominici reconditae fuisse ferebantur; ea tamen lege huiusmodi Indultum obstrinxit ut in omnibus servetur Instructio a R. P. D. Promotore S. Fidei apposite tradenda. Praelaudatus Eñus Vir Mandatum Apostolicum, quod cum memorata Instructione et litteris eiusdem Sacri Consilii die 16 ianuarii vertentis anni datis, acceperat, Illñio et Rñio Dño Aloisio Caruso, cum interventu Rñiorum Ianuarii Can. Trama Archiepiscopalis Curiae Fisci Promotoris et Salvatoris Morra Protonotarii Apostolici ad instar, exequendum commisit die trigesima subsequentis mensis martii; expletisque recognitionis actis, haec in forma authentica et cum fide de conformitate transumpti cum suis Originalibus ad Sacram Rituum Congregationem pro Apostolica approbatione transmisit. Quare ro-

*in cornu Epistolae dietro la spalliera del coro appartengono veramente al corpo del Beato Raimondo da Capua.*

Napoli S. Domenico Maggiore 31 Marzo 1900.

P. Fr. CAROLO MAIELLO dei Predicatori
Rettore della Chiesa di S. Domenico Maggiore.

Ian. Can. TRAMA FISCI Promotor.
MORRA Protonotarius Apostolicus Act.

(1) TENOR ATTESTATIONIS R. P. FR. VINCENTII SOLLAZZI O. P. — Attesto io qui sottoscritto sotto la santità del giuramento quanto qui segue: Essendo io entrato nell'Ordine dei Predicatori nell'anno 1825, all'età di anni 11, nella qualità di alunno, ho vissuto nel Convento di S. Domenico Maggiore di Napoli (del quale Convento sono figlio) fino all'anno 1865, epoca della soppressione generale. In detto Convento trovai molti venerandi Padri anziani, i quali erano bene informati dei pregi della Chiesa di San Domenico, nonchè delle ricchezze in essa conservate. Tra gli altri conobbi il P. M. Perrotta (maggiore); il P. M. Gallucci, il P. M. Gangemi (ex-Provinciale); ed il Venerabile Servo di Dio P. M. Provinciale Fr. Vincenzo M. Zaretto. Da questi rispettabili Padri anziani ho sentito assicurare che le Reliquie del Beato Raimondo da Capua si trovano tuttora nella nostra Chiesa di S. Domenico, e precisamente in *cornu Epistolae* dell'Altare Maggiore, dietro la spalliera del Coro.

Ed in fede.

Napoli, Marzo 1900.

P. Maestro Fr. VINCENZO SOLLAZZI de' Pred.

Visto per l'autenticità della firma del P. Maestro Fr. Vincenzo Sollazzi dei Predicatori la cui testimonianza è degna di fede.

Napoli, S. Domenico Maggiore 5 Marzo 1900.

P. M. Fra VINCENZO M. MAGRI Vic. Gñle O. P.
Ian. Can. TRAMA Fisci Promotor.
MORRA Protonotarius Apostolicus Act. dep.

gante Rm̃o P. Mauro Maria Kaiser Ordinis Praedicatorum Pro-Postulatore Generali, actis supradictis una cum relativa informatione praelo cusis, in medium deductis, atque iuris ordine servato Em̃us et Rm̃us Dñus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, huiusce Causae Relator, in Ordinario Sacrae eiusdem Congregationis Coetu die 13 vertentis mensis et anni ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An constet de identitate exuviarum praefati Beati Raymundi a Capua, quae Neapoli in templo maiori S. Dominici iuxta Congregationis Sacrorum Rituum instructiones perquisitae atque inventae sunt?* Porro Em̃i et Rm̃i Patres Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, audito quoque R. P. D. Ioanne Baptista Lugari S. Fidei Promotore, omnibus actis productis accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Satis constare*. Quam resolutionem Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per supradictum Promotorem Fidei relatam Sanctitas Sua ratam habuit atque probavit die 24 novembris 1900.

D. Card. Ferrata, *Praefectus*.

Loc. ✠ Sigil.

D. Panici Archiep. Laodicen., *Secretarius*.

## DE CONFRATERNITATE
## BEATAE IOANNAE DE AZA

Ordinis Praedicatorum.

Hodiernus Superior Ecclesiae et Coenobii Ordinis Praedicatorum in civitate ac dioecesi Palentina siti a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII humillime efflagitavit, ut ad magis fovendam pietatem tum Fratrum ac Sororum eiusdem Ordinis, tum matrum christianarum Confraternitatis ibidem erectae, erga Beatam Ioannam de Aza Sancti Patris Dominici et Beati Mannes genitricem, cuius sacrum corpus in oppido Penafiel praedictae dioecesis quiescit, Festum ipsiusmet Beatae a ritu Duplici ad Totum Duplex pro enunciata Ecclesia et Coenobio evehere dignaretur. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto, attentis expositis peculiaribus adiunctis et commendationis officio Rm̃i P. Procuratoris Generalis Ordinis Praedicatorum, benigne annuit pro gratia iuxta preces; servatis de cetero praescriptionibus Apostolicae Sedis cultum Beatorum respicientibus, et Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9 iulii 1900.

Cai. Card. Aloisi-Masella, *Pro-Praefectus*.

Loc. ✠ Sigil.

D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius*.

Praesens concessio facta est « *servatis de caetero* « *praescriptionibus Apostolicae Sedis cultum Beatorum* « *respicientibus et Rubricis* ».

Ad cuius intelligentiam in memoriam Fratrum ac Sororum Ordinis nostri revocare haud inutile prorsus existimamus ea quae sequuntur.

Quando agitur de Beatis Ordinis, quorum Missa et Officium Ordini Praedicatorum, necnon quibusdam dioecesibus, ab Apostolica Sede concessa sunt, PRAEDICTORUM BEATORUM CULTUS NULLATENUS EXTENDI POTEST EXTRA ECCLESIAS ORDINIS VEL DIOECESIUM, QUIBUS EST CONCESSUS; ac proinde EXTRA HAS ECCLESIAS nequeunt

*a*) eorum Missa et Officium legi vel cantari; (nisi occurrat festum semiduplex in ritu romano; in quo casu Fratribus nostris licitum est celebrare Missas Beatorum etiam extra ecclesias Ordinis. Cf. Analecta Ord. Praed., volum. II, p. 457.)

*b*) preces in honorem eorum in ecclesiis publice recitari;

*c*) altaria erigi praedictis Beatis dicata;

*d*) reliquiae eorum Fidelium publice exponi;

*e*) statuae vel imagines eorum in ecclesiis sacrisque aliis locis erigi vel confici;

*f*) in patronos urbis, dioecesis etc. eligi;

*g*) sacrae confraternitates, proprie dictae, sub eorum titulo nullatenus erigi debent (nisi in ecclesiis Ordinis Regularis vel dioecesis pro quibus cultus eorum est approbatus); imo piae associationes, sub titulo alicuius Beati vel Beatae, (extra familias Regularium vel dioeceses quibus eorum cultus est concessus), ab auctoritate ecclesiastica agnosci vel probari nequeunt; cum haec omnia propria sunt Sanctorum ab Ecclesia Catholica canonizatorum.

*h*) Demum, etiam in ecclesiis, quibus sunt concessa Officium et Missa Beatorum, quoad imagines depictas vel sculptas, capita radiolis quidem, sed non diademate ornari possunt.

Quae quidem omnia apud Benedictum XIV *(De Beat. et Can. SS.*, lib. I, cap. XXXVII, n. 13) sic habes omnino recolendum, et praxi tenendum.

« In Congregatione Generali habita die 6 octo-« bris anni 1652 ut adnotatur in Regestis, declara-« tum fuit, non esse permissum Religiosis, etiamsi sint « Societatis Iesu, excedere in Cultu Beatorum limites « verbales Brevium, in quibus illi declarati fuerunt « Beati; praesertim vero, cum agitur de celebratione « Missarum, et recitatione Officiorum. En verba De-« creti: *Sacrorum Rituum Congregatio die 5 octobris 1652* « *censuit et declaravit, si Sanctissimo Domino nostro* « *placuerit, non potuisse, nec posse tam Saeculares,* « *quam Regulares cuiuscumque Ordinis, et Instituti,* « *etiam Societatis Iesu, excedere limites verbales Indul-* « *torum Sedis Apostolicae super Beatificationibus, prae-* « *sertim in Celebratione Missarum, et Officii cum Octa-* « *vis, nisi hoc expresse Sedes Apostolica eis indulserit* « *et, facta relatione per me Cardinalem Cornelium* « *Episcopum Albanensem 16 decembris 1652, Sanctitas* « *Sua approbavit, et sic ut permittitur, servari man-* « *davit*.

« In Congregatione etiam habita die 19 februa-« rii 1658 coram felicis recordationis Alexandro VII, « sicuti etiam adnotatum est in Regestis, statutum « fuit Beatis titulum *Sancti* tribui non posse, et eo-« rum Capita Radiolis quidem, sed non Diademate « posse ornari.

« Anno tandem 1659 et anno sequenti 1660, ab « eodem Pontifice Alexandro VII, praevio consilio « Congregationis Sacrorum Rituum, edita sunt De-« creta super cultu Beatis necdum Canonizatis prae-« stando, una cum quibusdam Declarationibus ad « eademmet Decreta; quae omnia operae pretium « esse existimavimus in praesenti capite integre re-« ferre: – *Decretum super Cultu Beatis adhuc non Cano-* « *nizatis praestando, a Sacrorum Rituum Congregatione* « *Ordinaria habita coram Sanctissimo Domino Nostro* « *Alexandro Papa Septimo emanatum*. – *Ad aures Emi-* « *nentissimorum Patrum Congregationis Sacrorum Ri-* « *tuum plures devenerunt, qui patrantur, Indultorum* « *excessus in materia praestationis Cultus Beatis adhuc* « *non Canonizatis. Quamobrem eos eliminare, ac, ne* « *in futurum inducantur, providere studentes, ad infra-* « *scripta devenerunt Decreta etc.*

« I. *Quod eorumdem Beatorum Imagines, etiam non* « *principaliter, et uti supplices appositae, Simulacra,* « *Picturae, Tabellae, aut Scripturae eorum praeclara* « *gesta repraesentantes, aut referentes, in Ecclesiis, Sa-* « *crariis, et Oratoriis quibuscumque, et praesertim in* « *quibus Missae Sacrificium, vel alia Divina Officia* « *peraguntur, inconsulta Sede Apostolica, nullo pacto* « *exponantur.*

« II. *Quod, ubi indultum fuerit per Sedem Aposto-* « *licam, Imagines, Simulacra pictasque Tabellas in Ec-* « *clesiis poni, et coli posse, in pariete tantum, non autem* « *super Altari, collocandi facultas tributa censeatur.*

« III. *Quod si concessa fuerit per eamdem Sedem* « *Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Mis-* « *sam et Officium de praedictis Beatis celebrandi vel* « *recitandi facultas tradita praesumatur; etenim spe-* « *cifica, et expressa Concessio super his praecedere debet.*

« IV. *Ubi in uno loco Cultus fuerit concessus, non* « *extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium locum,* « *quavis alia concurrente auctoritate.*

« V. *In locis, ubi Beatos praedictos ab omnibus coli* « *permissum fuit, non inde publica Officii recitatio cen-* « *seatur, sed tantummodo privata, nec satisfactoria prae-* « *cepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes Apo-* « *stolica de hoc indulserit.*

« VI. *Missae pariter, quae fuerint indultae certis* « *personis, nempe Presbyteris Regularibus, vel Sae-* « *cularibus alicuius loci, vel Monasterii, seu Presby-* « *teris alicuius Ecclesiae servitio praecipue addictis, a* « *confluentibus Sacerdotibus quavis dignitate etiam Car-* « *dinalatus insignitis minime celebrentur* (1).

« VII. *Dies festi in Beatorum eorumdem memoriam* « *non celebrentur, nisi speciali Indulto Apostolico pro-* « *visum fuerit.*

« VIII. *Eorumdem nomina in Kalendariis non appo-* « *nantur, nisi illius tantum loci, earumque Personarum,* « *in quo, et a quibus Cultus cum Officio, et Missa* « *celebretur.*

« IX. *In quibusvis Ecclesiasticis precibus, etiam in* « *Oratoriis privatis recitandis, particularia eorumdem* « *Suffragia, non apponantur, vel recitentur.*

« X. *Publicis in precibus, praeter indultas, et a*

(1) Quae sub hoc n. VI praescripta sunt, hodie ad terminos novi iuris reducuntur. De quo cf. ANALECTA ORD. PRAED., volum. II, p. 456.

« *Sede Apostolica approbatas, iidem Beati non invo-*
« *centur.*

« XI. *Eorumdem Reliquiae in Processionibus minime*
« *circumferantur.*

« *Sacra tamen Congregatio praesentibus Declaratione,* « *et Iussione removere non intendit Cultum Beatis per* « *communem Ecclesiae consensum, vel per immemora-* « *bilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque* « *Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum* « *metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apo-* « *stolicae, aut Ordinariorum hactenus praestitum, ac* « *certis modo, et forma ab eo tempore eis exhibitum.* « *Verum si a centum annis citra Cultus huiusmodi ali-* « *qua ex parte constiterit auctus, et extensus, eo casu* « *Sacra eadem Congregatio eumdem in pristinum reduci* « *iubet; prout quemvis Cultum extra casus praedictos* « *ad expressa tantum verbaliter in Apostolicis Indultis* « *omnino revocari mandat, sub poenis etc.*

« *Firmis quoque remanentibus Decretis, nempe, ne* « *Beati in Patronos eligantur, ne eorum Natalitia cum* « *Octavis celebrentur, et aliis quibuscumque a Sacra* « *Congregatione hactenus emanatis, quae praesenti De-* « *creto renovantur.*

« *His autem Sanctissimo relatis, et in Congregatione* « *Sacrorum Rituum Ordinaria habita coram Sanctitate* « *Sua per Eminentissimum et Reverendissimum Domi-* « *num Cardinalem Sacchettum accurate perlectis, mature* « *discussis, Sanctitas Sua ea approbavit, et pro omni-* « *moda eorumdem observatione mandavit, typis imprimi,* « *ad Valvas affigi, et publicari, ut, elapso tempore sex* « *mensium a die publicationis eorumdem, omnes, et sin-* « *gulos afficiant, et arctent, ac si omnibus, et singulis* « *eadem exhibita, vel personaliter praesentata, intimata* « *seu notificata fuissent, indulsitque Locorum Ordina-* « *riis, in authoritate Sedis Apostolicae possint, immo* « *debeant Saeculares, et Regulares quoscumque, quan-* « *tumvis exemptos, etiam Societatis Iesu, Sancti Antonii* « *Viennen. et Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac reli-* « *quos omnes speciali expressione indigentes, etiam sub* « *censuris compellere.*

« *Cumque aliqui nulli subdantur Episcopo, qui eos,* « *si excesserint, coercere valeat, eo casu a Sedis Apo-* « *stolicae Nuntiis, si aderint, sin minus ab Archiepi-* « *scopis, in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano* « *tantum Pontifici subiectis, intra, vel prope quorum* « *Dioecesis limites eorum Ecclesiae, vel Monasteria sita* « *fuerint, tamquam a Sede Apostolica Delegatis ad* « *huiusmodi Decretorum observationem praedicti omnino* « *cogantur. Die 27 septembris 1659.*

« - *Declaratio Decreti super Cultu Beatis adhuc* « *non Canonizatis praestando. - Allatis ad Sacrorum* « *Rituum Congregationem Dubiis circa observationem,* « *et intelligentiam Decreti super Cultu Beatis adhuc non* « *Canonizatis praestando edicti die 27 septembris 1659* « *et publicati 3 februarii praesentis anni 1660.*

« *Primo: An, ubi indultum fuerit, ut Missa de* « *aliquo Beato celebretur, liceat eius Imaginem, et Simu-* « *lacrum super Altari exponere, necnon votivas tabellas* « *appendere.*

« *Secundo: An § VII « Dies Festi in Beatorum* « *honorem non celebrentur etc. », extendatur ad Festa* « *devotionis.*

« *Tertio: An Indulta recitandi Officium cum Octava,* « *vel sine Octava, et celebrandi Missam de Beatis fuerint* « *revocata per dictum Decretum Sacrae Congregationis.*

« *Quarto: An in Ecclesiis, in quibus Officium et* « *Missa de Beatis recitari, ac respective celebrari pos-* « *sunt, liceat eorum Reliquias exponere.*

« *Quinto: An Episcopi Regulares, qui ex Indulto* « *Sedis Apostolicae gaudent privilegiis suae Religionis,* « *de quibus sunt capaces pro eorum conditione, possint* « *de Beatis suae Religionis recitare Officium, et in pro-* « *priis Cathedralibus Missam celebrare, et Altare Beatis* « *praedictis erigere.*

« *Sacrorum Rituum Congregatio respondit:*
« *Ad primum: affirmative;*
« *Ad secundum: negative;*
« *Ad tertium: pariter negative;*
« *Ad quartum: affirmative.*
« *Ad quintum: negative.*
« *Die 17 aprilis 1660* ».

Sic Benedictus XIV, loco citato.

Quoad applicationem legis ecclesiasticae ad confraternitatem sub titulo B. Ioannae de Aza, concessio Apostolica Missae et Officii in honorem praedictae Beatae est huiusce tenoris:

« Palentina et Oxamensis seu Ordinis Prae- « dicatorum. — Ad humillimas, enixasque preces « R. P. Ioseph Mariae Velzi, Sacri Palatii Aposto- « lici Magistri, Vicarii tunc Generalis Ordinis Prae- « dicatorum, Rm̃us P. Fr. Ioachim Briz eiusdem « Ordinis Magistri Generalis nomine porrectas, in « Sacrorum Rituum Congregatione sub die 27 se-

« ptembris vertentis anni proposita et absoluta fuit « Causa super Cultu ab immemorabili tempore prae« stito Beatae Ioannae de Aza Patriarchae Dominici « Matri. Demissis autem precibus R. P. Thomae « Ancarani hodierni recensiti Ordini Vicarii Gene« ralis, nomine pariter eiusdem Magistri Generalis, « nec non Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi « Bononiensis, et Reverendissimi Archiepiscopi Regi« nensis, fuit denuo supplicatum pro adprobatione « Officii et Missae in eiusdem Beatae honorem, exten« denda etiam ad clerum Dioecesium Palentinae et « Oxomensis. Et Eminentissimi Patres Sacris Ritibus « tuendis praepositi in Ordinariis comitiis ad Vati« canum sub infrascripta die habitis, audito prius « voce et scriptis R. P. D. Virgilio Pescetelli San« ctae Fidei Promotore, ad relationem Eminentissimi « et Reverendissimi Domini Cardinalis Iulii Mariae « de Somaglia Praefecti et Ponentis rescribendum cen« suerunt: Pro gratia quoad Ordinem Praedicatorum « tantum cum lectionibus primi Nocturni de Scri« ptura, et ad Eminentissimum Ponentem cum Pro« motore Fidei. Revisis itaque lectionibus, oratio« nibus, et elogio sic ut supra allato in exemplari « iacent iisque correctis et emendatis, eadem Sacra « Congregatio illa adprobavit atque in Festo Beatae « Ioannae ab universis Praedicatorum Ordinis alumnis « sub ritu Duplici legi, ac recitari posse indulsit. Die « 16 decembris 1828. Iulius Maria Cardinalis Epi« scopus Ostiensis R. della Somaglia S. R. C. Prae« fectus. S. G. Galati, S. R. C. Secretarius ».

Unde summatim habes:

I. Confraternitates proprie dictae, vel piae associationes, sub titulo B. Ioannae de Aza, erigi possunt in ecclesiis Fratrum Praedicatorum;

II. non vero in ecclesiis monialium, etiam Ordinis nostri (cf. iam dicta apud ANALECTA ORD. PRAED., volum. 1, p. 482);

III. non vero in ecclesiis alicuius dioecesis, extra Ordinem Praedicatorum, etiam Palentinae et Oxomensis (1).

IV. In ecclesiis Fratrum Praedicatorum confraternitates huiusmodi non possunt erigi a Praelato Regulari, sed dumtaxat ab Episcopo et cum Litteris eiusdem, quibus constat erectio ab Episcopo peracta; nam licet ecclesia Ordinis sit locus exemptus, confraternitas tamen ex personis Episcopo subditis, etiam in loco exempto sedens, ex iure communi plane subiacet Episcopo tum quoad erectionem, tum quoad regimen et statutorum approbationem. Quippe enim confraternitates saecularium, erectae in ecclesiis Regularium, etiam exemptorum, plane subsunt iurisdictioni episcopali, vi decreti S. Synodi Tridentinae *(Cap. VIII, sessione 22 de Reform.)* ac proinde ab Episcopo visitari possunt *(S. C. Concil. 22 decembr. 1597, 23 iun. 1629 et S. C. Episcop. et Regular. 31 iul. 1637)*. Episcopus semper potest, per seipsum, vel per suum delegatum, intervenire et assistere congregationibus confratrum vel consororum, etiamsi fiant in ecclesiis vel oratoriis Regularium, in quibus reperiantur Societates erectae.

Attamen Episcopus non potest visitare altare, capellam, sacrumque supellectile pro servitio Confraternitatis, a Regularibus assignata, etiamsi ex ipsis confraternitatis eleemosynis provenientia, quando praedicta capella et altare redditus non habent, et vere sub possessione Conventus et ecclesiae Ordinis existunt. *(S. C. Concil. 22 decembr. 1597, et ad mentem S. C. Episcop. et Regular. 20 septembr. 1844.)*

V. Confraternitates, ab Episcopo sic erectae, ex se nullis fruuntur Indulgentiis; sed, iam obtenta ab Episcopo erectione canonica, possunt a S. Sede per medium Procuratorem Generalem Ordinis in Curia impetrare Apostolicum Breve cum Indulgentiis cuicumque confraternitati canonice erectae generaliter consuetis expediri.

Indulgentiae vero cuicumque confraternitati canonice erectae sive erigendae concedi solitae per huiusmodi Brevia, saltem ex hodierna praxi Apostolicae Sedis eae sunt, nempe:

Tres Indulgentiae Plenariae, quarum una lucrifacienda die ingressus in sodalitatem, altera die festo principali sodalitatis, tertia vero a confratribus vel consororibus in articulo mortis constitutis.

Quatuor Indulgentiae septem annorum et totidem quadragenarum pro quatuor diebus Festis determinatis.

Et Indulgentia sexaginta dierum pro quocumque opere pio a confratribus vel consororibus patrato.

VI. Privilegium, ut supra concessum, quo Festum B. Ioannae de Aza sub ritu Toto Duplici celebrari

(1) Nisi adsit pro his dioecesibus, aliqua particularis et nova concessio, quae nobis incomperta hactenus remanet.

potest in ecclesia Fratrum Praedicatorum Palentina, per communicationem non censetur extensum ad alias Ordinis ecclesias, in quibus erectae possent haberi Confraternitates in honorem praedictae B. Ioannae. De quo cf. ANALECTA ORD. PRAED., volum. III, p. 528, n. 5.

VIII. Haec omnia, ut supra exposita, firmiter teneas de quibuscumque confraternitatibus proprie dictis, vel piis associationibus, sub titulo cuiusvis Beati vel Beatae institutis, nisi in contrarium expresse habeatur privilegium Apostolicum.

## E S. CONGREGATIONE RITUUM

### I.

DIE XI. IULII

IN FESTO

### BB. IGNATII DELGADO, DOMINICI HENARES,

EPISCOPORUM ORD. PRAED.

ET SOCIORUM MARTYRUM

DUPLEX.

*Omnia de Communi plurimorum Martyrum, praeter sequentia.*

*Oratio.* Deus, qui beatorum Pontificum Ignatii et Dominici ac Sociorum sanguine Annamitarum terras rigari voluisti: intercedentibus tantis Martyribus; fac eas christiana religione florere. Per Dominum.

*In Primo Nocturno Lectiones* Existimo *de Communi plurimorum Martyrum.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.* Christianae res, quae decimo nono ineunte saeculo, in Tunquino orientali sat prospere se habuerant, supra modum affligi coeperunt, cum impius Min-Manh regno positus est. Hic siquidem, vesano in Christicolas abreptus odio, eorum religionem penitus delere constituit. Ratus porro rem citius confectum iri, si doctrinae sacrae magistri una simul capti regno extorres fierent, aut capite plecterentur, episcopos et presbyteros convocavit, ipsorum peritia usurum se mentiens, quo libri, seu scripta ex Europaeorum linguis annamitice redderentur. Sed invitantis perfida mens servos Dei non latuit, ipsique regem adire recusarunt: qui, astutiam in apertam vim convertens, Fidelium internecionem absque mora iussit indici.

*Lectio V.* Ecclesias, eo temporis, in orientalibus regni partibus moderabatur Ignatius Delgado episcopus Mellipotamensis, cui laborum consortes se adiunxerant Dominicus Henares episcopus Fesseitensis, et Iosephus Fernandez. Hi tres, ex Hispania oriundi, Ordinis Praedicatorum in Provincia sanctissimi Rosarii Insularum Philippinarum sodales erant, et Christi fidem in Tunquino longe lateque diffuderant. Eos impigre iuvabant indigenae Sacerdotes partim eidem Ordini adscripti, partim Fratrum Praedicatorum in clero saeculari assidui familiares, una cum laicis, qui sanam doctrinam religionis christianae candidatis et neophytis tradebant. Maximo quoque emolumento Evangelii praeconibus fuere viri piissimi, Tertium sancti Patris Dominici Ordinem professi, vitae integritate et utriusque misericordiae operibus populo praelucentes. Mox tyranni decretis obtemperarunt ministri regii: qui missis exploratoribus, binos Episcopos cum Iosepho Fernandez indigenisque viginti tribus apprehenderunt. Quorum alii arctis caveis more ferarum inclusi, alii gravibus circa collum commissis tabulis onusti, alii fustibus flagellisve caesi, omnes denique manicis et compedibus vincti, inedia, squallore carceris variisque afflictationibus vexati, Christum negare, eiusve imaginem pedibus terere frustra compulsi sunt. Tanta constantia rex actus in rabiem, Dei Confessores extremo supplicio puniendos addixit.

*Lectio VI.* Primus sanguinem fundere meruit catechista Vincentius nomine, qui anno Domini millesimo octingentesimo trigesimo octavo, iunii vero die vigesima quinta capite truncatus est; statimque post eum, eodem mortis genere, Dominicus Henares saeculi miseriam cum aeterna beatitudine mutavit. Paucis elapsis diebus, morbo et aerumnis confectus, in cavea spiritum emisit Ignatius Delgado: cuius venerando cadaveri, iubente praefecto, caput praecisum fuit, et in aquas proiectum, ubi, post menses tres, a piscatore christiano ita integrum repertum est, ac si recens abscissum fuisset. Reliquorum Christi militum undecim decollati sunt, sex laqueo strangulati, duo medii secti, unus ferro con-